

LICEO CLASSICO PARITARIO “PIETRO MIGNOSI”

Viale Regina Margherita n° 29 – tel/fax 093422378

e-mail: liceomignosi@diocesicaltanissetta.it

CALTANISSETTA

CERTAMEN NISSENUM

PRIMA EDIZIONE

Il candidato traduca in lingua italiana il testo di **Seneca** proposto ed elabori un commento linguistico e/o storico e/o letterario e/o estetico.

Il tempo a disposizione per la prova è di **5 ore**.

[4] *Quidquid optimum homini est, id extra humanam potentiam iacet, nec dari nec eripi potest. Mundus hic, quo nihil neque maius neque ornatius rerum natura genuit, <et> animus contemplator admiratorque mundi, pars eius magnificentissima, propria nobis et perpetua et tam diu nobiscum mansura sunt quam diu ipsi manebimus.* [5] *Alacres itaque et erecti quocumque res tulerit intrepido gradu properemus, emetiamur quascumque terras: nullum inveniri exilium intra mundum <potest; nihil enim quod intra mundum> est alienum homini est. Undecumque ex aequo ad caelum erigitur acies, paribus intervallis omnia divina ab omnibus humanis distant.* [6] *Proinde, dum oculi mei ab illo spectaculo cuius insatiabiles sunt non abducantur, dum mihi solem lunamque intueri liceat, dum ceteris inhaerere sideribus, dum ortus eorum occasusque et intervalla et causas investigare vel ocios meandi vel tardius, <dum> spectare tot per noctem stellas micantis et alias immobiles, alias non in magnum spatium exeuntis sed intra suum se circumagentis vestigium, quasdam subito erumpentis, quasdam igne fuso praestringentis aciem, quasi decidant, vel longo tractu cum luce multa praetervolantis, dum cum his sim et caelestibus, qua homini fas est, inmiscear, dum animum ad cognatarum rerum conspectum tendentem in sublimi semper habeam, quantum refert mea quid calcem?*